



In II Vespris S. Birgittae, viduae




De - us, in adiutorium me - um in - ten - de



Do - mi - ne, ad adiuvandum me fe - sti - na.



Glo - ri - a Patri et Filio et Spi - ri - tu - i Sanc - to.



Sic - ut erat in principio et nunc et sem - per



et in saecula saeculo - rum A - men. Al - le - lu - ia.

HYMNUS



Ro - sa ro - rans bo - ni - ta - tem,
Chri - stus duc - tor, dul - cis doc - tor,
Men - tem mun - dans, fi - dem fun - dans,
Mun - di fru - ens o - pi - bus,
Vi - ro te - cum con - vi - ven - te



stel - la stil - lans cla - ri - ta - tem,
Te di - le - xit, Te di - re - xit,
a - mor cin - xit et te vin - xit
or - ta de no - bi - li - bus,
sur - sum scan - dis to - ta men - te



Bir - git - ta, vas gra - ti - ae,
in ae - ta - te te - ne - ra.
in san - cto pro - po - si - to.
mun - dum con - tem - psi - sti
et car - nem mor - ti - fi - cas.



ro - ra cae - li pi - e - ta - tem
Tu - que mi - tis vi - rens vi - tis,
To - ta de - cens, to - ta re - cens
vi - vens in con - iu - gi - o.
Vi - rum do - cens i - ter re - ctum



stil - la vi - tae pu - ri - ta - tem
pro - fe - ci - sti et cre - vi - sti
Chri - stum a - mas, Chri - stum cla - mas
Pi - o mo - rum stu - di - o
et in - du - cens ad per - fe - ctum



in val - lem mi - se - ri - ae. A - men.
flo - rens su - pra si - de - ra.
to - to vi - tae sta - di - o.
per - gis vi - am Chri - sti.
De - o gau - dens de - di - cas.


Ant. 1 (1.D)



Pa - trem col - lau - dat lu - mi - num spon - sa,



post cu - ius ob - i - tum tot fi - unt mi - ra - bi - li - a,



per san-ctae vi-tae stu-di-um: fa-mae-que te-sti-mo-ni-um
fa - cta cre - di - bi - li - a.

Psalmus 109

Dixit Dominus Domino meo: * "Sede a dextris meis,
donec ponam inimicos tuos * scabellum pedum tuorum."
Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion: * dominare in medio
inimicorum tuorum.
Tecum principium in die virtutis tuae, in splendoribus sanctorum, *
ex utero ante luciferum genui te.
Iuravit Dominus, et non paenitebit eum: * "Tu es sacerdos in aeternum
secundum ordinem Melchisedech."
Dominus a dextris tuis, * confregit in die irae suae reges.
Iudicabit in nationibus: implebit ruinas, * conquassabit capita in terra
multorum.
De torrente in via bibet, * propterea exaltabit caput.
Gloria Patri, et Filio * et Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculorum. Amen.

Ant. 2 (7.c)



No-ctes et di - es Do - mi-no im-pen-dit
haec al-tis-si-mo: ae - stus ar - cens fri - go-ri - bus,

mem - bra do - mat ci - li - ci - o:
 cum la - cri - ma - rum flu - vi - o,
 mun - di cal - ca - tis o - pi - bus.

Psalmus 121

Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi: * in domum Domini ibimus.
 Stantes erant pedes nostri * in atriis tuis, Jerusalem.
 Jerusalem, quae aedificatur ut civitas, * cuius participatio eius in id ipsum.
 Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini, * testimonium Israel, ad
 confitendum nomini Domini.
 Quia illic sederunt sedes in iudicio, * sedes super domum David.
 Rogate, quae ad pacem sunt Jerusalem, * et abundantia diligentibus te.
 Fiat pax in virtute tua, et abundantia in turribus tuis.
 Propter fratres meos et proximos meos * loquebar pacem de te.
 Propter domum Domini Dei nostri * quaesivi bona tibi.
 Gloria Patri, et Filio * et Spiritui Sancto.
 Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculorum. Amen.

Ant. 3 (7.c²)

Ex - cel - sis di - gna lau - di - bus Bir - git - ta
 na - ti - o - ni - bus vin - di - ctam cla - mat,



sce - le - ra ma - gna re - ve - lat re - gi - bus:
un - de cum san - ctis o - mni - bus
ex - sul - tat su - per si - de - ra.

Psalmus 147

Lauda, Jerusalem, Dominum; * lauda Deum tuum, Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum, * benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem * et adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terrae, * velociter currit sermo eius.

Qui dat nivem sicut lanam, * nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit cristallum suum sicut buccellas; * ante faciem frigoris eius quis sustinebit?

Emittet verbum suum et liquefaciet ea, * flabit spiritus eius, et fluent aquae.

Qui annuntiat verbum suum Jacob, * iustitias et iudicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi * et iudicia sua non manifestavit eis.

Gloria Patri, et Filio * et Spiritui Sancto.


Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculorum. Amen.

Capitulum

(Prov. 31,10-11)

Mulieren fortem quis inveniet? Procul et de ultimis finibus pretium eius. Confidit in ea cor viri sui, et spoliis non indigebit.

Responsorium



V E-le-git e-am De - us, * et prae - e - le - git e - am.



R E-le-git e-am De - us,* et prae - e - le - git e - am.



V In ta-ber-na-cu-lo su - o ha-bi-ta-re fa-cit e - am.



R et prae-e - le - git e - am. V Glo-ri-a Pa - tri et Fi - li-o



et Spi-ri - tu - i San-cto. V E-le-git e-am De - us,*



et prae - e - le - git e - am.

Ant. ad Magnificat (1. a²)



Va - le su - a - vis mu - si - ca;



de - mul-cens au - res prin - ci - pum:



tu Ge - de - o - nis bu - ci - na,



ca-stra de-ter-rens ho-sti - um: tu dul-cis tym-pa-ni - stri-a,

cor - da mo - vens fi - de - li - um: con - ver - te, ma - ter in - cly - ta,

lu - ctum no - strum in gau - di - um.

Magnificat * anima mea Dominum.

Et exultavit spiritus meus * in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillae suae: * ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen eius.

Et misericordia eius a progenie in progenies * timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo: * dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, * et exaltavit humiles.

Esurientes implevit bonis: * et divites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum, * recordatus misericordiae suae.

Sicut locutus est ad patres nostros, * Abraham et semini eius in saecula.

Gloria Patri, et Filio * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, * et in saecula saeculorum. Amen.

Preces seu intercessiones

Pa - ter no - ster, qui es in cae - lis,

san - cti - fi - ce - tur no - men tu - um,

ad - ve - ni - at re - gnum tu - um, fi - at vo - lun - tas tu - a,

sic - ut in cae - lo, et in ter - ra.

Pa - nem no - strum quo - ti - di - a - num da no - bis ho - di - e;

et di - mit - te no - bis de - bi - ta no - stra,

sic - ut et nos di - mit - ti - mus de - bi - to - ri - bus no - stris;

et ne nos in - du - cas in ten - ta - ti - o - nem,

sed li - be - ra nos a ma - lo.

Oratio

Domine Deus noster, qui beatae Birgittae, Filii tui passionem meditati, secreta caelestia revelasti: + da nobis famulis tuis, * in revelatione gloriae tuae gaudere laetantes. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

R. Amen.

Dominus nos benedicat, et ab omni malo defendat, et ad vitam perducatur aeternam.

R. Amen.